Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



daret illa quatuor animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti supe
thronum viventi in secula seculorum procidebant viginti quatuor seniores
ante sedentem in throno et adorabant viventem in secula seculorum. T. lo
Et mittebant coronas suas ante thronum dicentes. Dignus
es domine deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem quia tu creasti omia
et propter voluntatem tuam erant et creata sunt. T. lo
Et vidi in dex
tera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris signa
tum sigillis septem et vidi angelum fortem predicantem voce mag
na. Quis est dignus aperire librum et aperire signacula eius. T. lo
Et nemo poterat neque in celo neque in terra neque subtus terram
aperire librum neque inspicere illum et ego flebam multum quoniam nemo
dignus inventus est aperire librum nec videre illum. T. S. Johannes
Nullo t. d. d. i. d. s. Modicum et iam non videbitis me et iterum
modicum et videbitis me quia vado ad patrem. Et cetera. Omil. Augustini
Verba domini nostri ita obscura erant discipulis antequam
id quod dicat esset impletum ut quereres inter se quid esset quod dicit
omnino fatentur se nescire. T. lo
Cognovit eum dixerunt quod discipuli
ad invicem quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me
et iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem. T. lo
Nunc quod quidem illis tunc obscurum fuit et mox manifestatum est.
iam nobis utique manifestatum est. Post paululum enim passus est non
viderunt eum et rursum post paululum surrexit a mortuis et
viderunt eum. T. Ad laudes. Alleluia. ps. Dominus regnavit. Ymnus
Versus. Super Benedictus. Modicum et non videbitis me dicit dominus iterum mo
dicum et videbitis me quia vado ad patrem. Alleluia alleluia In nomine domini
Mag. Antiphona. Quid est hoc quod dicit nobis modicum nescimus quid loquitur. Alleluia.
Per ebdomadam ante sancta. Mag. et Benedictus. Amen amen dico vobis quia
plorabitis et flebitis vos mundus autem gaudebit vos autem contristabimini sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Alleluia. Antiphona. Tristicia ipsorum
vertetur in gaudium. Alleluia et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Alleluia.